



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Balduini ex Tremellio expositio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

358 De CALCEIS HEBRÆOR,
meum, aliud quid est, quam Edomum
concubabit pes meus, nempe uti cer-
vices hostium devictorum calcan-
tur, quod Chaldæus innuit. Ad
tam figuratam loquendi rationem
confugere non est opus.

Bald. de
Calc. Ant.
p. 244. &c.

Lips. in
Monitis &
exemplis
polit. c. 17.

V. I. Doctissimus Balduinus
etiam alium refert veterum morem,
ex quo sensum hujus dicti exponit.
Postquam observasset apud Arabes
calceum sibi detractum in alium
jacere, servandæ fidei signum &
pignus esse certissimum, atque ei
rei firmandæ adduxisset exemplum,
quod, referente clarissimo Lipsio,
Lusitanicæ narrant historiæ, de
Raho quodam Benxamutio, viro
inter Arabum duces insigni, qui
cum in Marochiensi agro castra &
de more familiam haberet, irruen-
tibus Lusitanorum copiis, cum se
imparem videret, dolens mæstu-
que primum uxorem patiebatur
abduci, mox vero, cum ab ea
indignabunda illi ignavia & per-
fidia exprobraretur, acrioribus in-
citatus stimulis, statim, ut de
more gentis erat, calceum sibi de-
tractum in illam jecit, & simul
equites, quos ad septuaginta rap-
tim